

Num. 48. Cap. 2. num. 33.

# ANDREAE

SERVETI ANIGNONI

IVRE CONSULTI, BO-  
noniensis q̄ Hispanorum Col-  
legii sodalis, ad titulum de  
obligationibus institutio-

num vsq̄ ad titulum

quibus mod. tolli.

ob. commentarii

incipiunt.



Coll. Soc. I. B. V. S. d. I. B. V. S. d. I. B. V. S. d. I. B. V. S. d.

CLARISSIMO ET EX-

cellentissimo D. Francisco Vargas cæsaris Hispaniarum Regis, eiusq; supremi senatus fiscali & consiliario & ad Consilii vniuersalis negocia Cæsaris iussu & accersitu aduigilanti. Andreas Seruetus Anianonus. S. P. D.



Est varias occupationes, quæ mediæ magna studiorum iactura in collegio nostro Bononiensi detinuerunt, nihil mihi prius fuit, quàm relarcire, si quid vitii memoria fecisset, quod institutum ut cura diligentiaq; maiore susciperetur, volui pro ea ratione qua antea in iuris prudentiæ exercitatione sum secutus, materiam aliquã aggredi, in qua, nõ mihi occurrit, quæ perinde videretur idonea atq; ea, quæ contractuum nomine & varietate continetur. Propterea



# ANDREAE SERVETI

A N I G N O N I I V R E C O N

sulti, Bononiensisq; hispanorum colle  
gij sodalis, ad titulum de obligatio-  
nibus institutionum usq; ad titu-  
lum quibus mod. tolli. ob. com

mentarij incipiunt.

Ad titulum de obligationibus.

Declaratum praeter alios, quanam obligatio hoc in  
loco censeatur definita, & quemadmodum  
accipienda sit.



**Q**UATENVS pertinet ad obli-  
gationis definitionem hoc in lo-  
co traditam, uidetur imprimis au-  
thor efficaciter impugnari posse,  
aut quia nec naturalem nec civilem  
obligationem definierit, aut quia non omnes obli-  
gationes sub diffinitione comprehenderit, nam de  
naturali omnibus constat, non enim parit actionem,  
ob quam quis adstringi possit ad soluendum. Iam ue-  
ro civilis, nisi iuris naturalis auxilio muniatur, &  
coadiuuetur, sufficiens uinculum non erit quo quis  
necessitate adstringatur. Id quod exemplis demon-  
strari potest, nam si tu mihi debeas centum ex stipu

B

lendam tanta inerit efficacia, & ita ex bono & equo proceditur, quem admodum in obligatorijs conuentionibus arg. l. iuris gentium §. adeo & l. ab emptione ff. de pactis & his casibus si metu uel dolo fiant huiusmodi distractus, quamuis deficientibus iuris civilis regulis, nulla actio oriri posse uideatur, pretor tamen per actionem de dolo, uel quod metus causa, succuret, uel in pristinam obligationem creditorē restitui reo iubebit argu. l. si mulier. ff. de eo quod metus causa cum alijs eiusdem tituli.

F I N I S

Tutti son quaderni.

Registro    A B C D E F G H I K L M  
N O P Q R S T V X Y Z.

Bononiae apud Bartolomeum Bonardum  
Anno Domini 1548. Mensis  
Ostobris.

